Ηγεμόνες ή Κονσουλάριοι

σ. 340-99 Αυγουσταλίς ή ι υπο Δούκας -

σ. 401 Σημειώσεις P. Wesselingii εἰς Ἱεροκλ.

ή υπό κονσουλάριον) fuit olim proconsularis Europa; quam ejus provinciae dignitatem Imp. Constantius creato urbis Constantinopolitanae praefecto mutavit. Socrates H. E. 2. 41: καὶ τότε τὸν ἔπαρχον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέστησεν, Ὁνωράτον ὄνομα, τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν. Cum enim ea urbs in Europa ejusque fuerit caput, dicaturque proconsulem habuisse, de provincia dubium esse nequit, praesertim cum ex veterum scriptis proconsules Henr. Valesius eruerit, quibus addi Priscus poterit provinciae Europae proconsul ex Menologio Canisiano 11 Jul. sub Diocletiano, et Taurus, qui Constantini M. aetate Thracibus proconsulari imperio praefuit, ex Porphyrogenetae Constantini l. 2 Them. 1. quid itaque Jo. Harduino, non Valesio, solum obloquente, sed et τὴν ἀνθυπάτων ἀρχὴν de duumvirum magistratu ad Themistii orat.

Ἀγχιόνες. Κονσουλάριοι

17 interpretante, facias? mihi ambiguum non ε. 701
est quin temere a viro doctissimo dissenserit. opere pretium utique fuerat praeconsules e veterum monumentis productas profligare, et exemplis adversaitous easdem ac duumviros esse firmare; quorum neutram cum fecerit, ejusdem dissensu paucissimi movebuntur. post praefectum autem urbi regiae a Constantio impositum, consulares Europam administrarunt. unde Arcadius Proculus in Thesaur. p CCLXVII consularis provinciae Europae sub eo imperatore dicitur. erant consulares Κονσουλάριοι, ut in Glossis. est Nomicis ὑπατικοί, sive consulatu essent functi seu ornamentis consularibus donati: nam Constantinus 1. 2. Them 1 bezyulas esse menens consiliarii κονσιλιαρίου voce, quam suo in codice legebat, deceptus est. regebant provincias dignatione correctoribus et praesidibus potiores, ut l unica c. Th. de consular. innuit. habebant lictores et fasces, qui fasces consularitatis in l 4 c Th ad l Jul. de ambitu

249

Κονσουλάριοι. Ἡγεμόνες

σ. 402 vocantur; et numero quidem sex, unde Paullinus Nolanus Natal. 13 342 de se Campaniae Consulari.

ergo ubi bis terno dicionis fasce levatus
deposui nulla maculatam caede securim.

Ubi vero eo honore erant defuncti, illum iterare non poterant, sicuti dicta l. ult. de ambitu scisit; quamquam non desint eorum exempla qui iterum gesto honore claruerunt, de quibus ibi I. Gothofredus. ordinem consularium ab Augusto esse [illegible] Spartiani Hadrian. c. 22 Salmasius disputat.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

σ. 405 ὑπὸ ἡγεμόνα) Constantinus l. 2 Them. (consulari et hanc mandat, a codice suo, plure in hac provincia turbante, deceptus: praesidialem fuisse Rhodopen Notitia imp. Orient. c. 1. ostendit. erat quidem praesidis nomen generale; eoque et proconsules et legati Caesaris et omnes provincias regentes praesides appellabantur, ut in T. D. de offic. praesid. est: valuit tamen usus ut

250

Ἡγεμόνες. Κονσουλάριοι

provinciis quibusdam praesides, a consularibus et c. 405
correctoribus diversi illisque dignatione inferio-
res, unde et illis in l. 8. c. Th. de Cohort. patro-
narentur, imponerentur; cumque consulares fas-
cibus essent illustres, horum inter insignia ve-
xilla praesidialia l. 4 c. Th. ad L. Juliam am-
bitus et Notkerus Martyrol. prid. Id. Aug. re-
censent, qua de re Gothofredus, quod vero do-
ctissimus Dissert. Chorogr. auctor p. XXV
scribit, sub provincia [illegible] in Synecde-
mo 7 urbes designari vix autem 5 nominari,
id festinanti excidisse mihi persuadeo.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ